Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uanitate in diuitiis. Nolite spare iniquitate et ra
pinas nolite concupiscere: diuitie si affluant nolite
cor apponere. Semel locutus est deus duo hec audiui
quia potestas dei est et tibi domine misericordia: quia tu reddes unu
cuique iuxta opera sua. Psalmus dauid Ppse
Deus deus meus ad te de luce uigilo. Sitiuit
te anima mea quam multipliciter tibi
caro mea. In terra deserta et inuia et inaquosa
sic in sancto apparui tibi: ut uidearm uirtutem
tuam et gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia tua
super uitas. Labia mea laudabunt te. Sic benedicam
te in uita mea et in nomine tuo leuabo manus
meas. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima
mea et labia exultationis laudabit os meum
Si memor fui tui super stratum meum in matu
tinis meditabor in te quia fuisti adiutor meus. Et
in uelamento alarum tuarum exultabo. Adhesit
anima mea post te me suscepit dextera tua. Ipsi uero
in uanum quesierunt animam meam introibit
in inferiora terre tradentur in manus gladii par
tes uulpium erunt. Rex uero letabitur in deo: lau
dabuntur omnes qui iurant in eo quia obstructum
est os loquentium iniqua. Psalmus Dauid
Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timo
re inimici eripe animam meam. Pro
tege me a secreto malignantium a multitudine
operantium iniquitatem. Quia exacuerunt ut
gladium linguas suas intenderunt arcum rem
amaram ut sagittent in secretis in maculatum
subito sagittabunt eum et non timebunt fir
mauerunt sibi sermonem nequam narrauerunt
ut absconderent laqueos dixerunt quis
uidebit eos. Scrutati sunt iniquitates de fe